

WIADOMOŚCI KOŚCIELNE

DIECEZJI ŁOMŻYŃSKIEJ.

Nr 8

Łomża, dnia 1 lipca 1927

Rocznik I.

T R E Ś Ć:

95. Instructio Congr. S. Officii de sensuali et de sensuali-mystico litterarum genere.

96. Décretum Congr. de semina et Stud. Universitatibus de catechetica institutione.

97. Sprawa monografji diecezji.

98. Kongregacja XX Dziekanów.

99. Rozporządzenie Min. Spr. Wew. o nadawaniu nazwisk dzieciom nieznanych rodziców.

100. Statystyka ruchu naturalnego ludności.

101. Oplata stemplowa od świadectw stanu cywilnego.

102. Zmiany granic w parafjach.

103. Zmiany w duchowieństwie.

Nr 95.

SACRA CONGREGATIO
S. OFFICII.

I N S T R U C T I O

ad Archiepiscopos, Episcopos ceterosque locorum Ordinarios: de sensuali et de sensuali-mystico litterarum genere.

Inter mala huius aetatis funestissima, quae doctrinam christianam de moribus penitus subvertunt atque animabus, Iesu Christi emptis pretioso Sanguine, admodum nocent, imprimis numeranda sunt ea litterarum genera quae sensualitati et libidini aut etiam lascivo cuidam mysticismo indulgent.

Huiusmodi sunt praecipue fabulae romanenses, narratiunculae commenticiae, dramata, comoediae, quarum quidem scriptorum incredibiliter fecunda sunt haec tempora quotidieque maior ubique copia diffunditur.

Quae ingeniorum commenta quibus tam multi, maximeque iuvenes, tantopere capiuntur, si pudoris et honestatis finibus, non sane angustis, continerentur, non solum sine fraude delectare, sed etiam ad legentium mores conformandos prodesse possent.

Nunc vero satis dolere non licet, ut dictum est, ex hac affluentia librorum in quibus magna cum fascinatione nugacitatis par inest turpitudine, gravissimam animarum iacturam existere. Etenim quam plures huius generis scriptores fulgentissimis imaginibus impudica facta depingunt; obsco-

enissima quaeque, modo tecte, modo aperte et procaciter, omni castimoniae lege neglecta, enarrant; subtili quadam analysi vitia carnalia vel pessima describunt eaque cunctis orationis luminibus et lenociniis exornant, adeo ut nihil iam in moribus inviolatum relinquatur. Id omne quam perniciosum sit, praesertim adolescentibus, quibus fervor aetatis difficiliorem efficit continentiam, nemo est qui non videat. Volumina autem illa, tenuia saepe, parvo venalia prostant apud bibliopolas, per vias et plateas civitatum, in stationibus, quae dicuntur, viae ferreae, eademque in manus omnium mira rapiditate veniunt et familias christianas in magna et luctuosa frequenter discrimina adducunt. Nam quis ignorat litteris eius modi phantasiam fortiter excitari, effrenatam libidinem vehementer accendi et cor in coenum turpitudinum trahi?

Ceteris vero fabulis amatorum multo peiores solent ab iis proferri qui, horribile dictu, pabulum morbosae sensualitatis rebus sacris cohonestare non verentur, amoribus impudicis quamdam pietatem in Deum et religiosum mysticismum, falsissimum quidem, intexendo: quasi Fides cum rectae vivendi normae negligentia, imo impudentissima infitiatione, componatur et virtus religionis cum morum depravatione consocietur. Contra, sanctum est vitam aeternam neminem consequi posse, qui, licet veritates divinitus revelatas vel firmissime credat, praecepta tamen a Deo data non custodit, cum christiani hominis ne ipsum quidem mereatur nomen quicumque fidem Christi professus, Christi vestigiis non ingreditur: „Fides sine operibus mortua est“ (Iac., 2, 26) monuitque Salvator noster: „Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum“ (Matt., 7, 21).

Ne quis vero illa opponat: in pluribus illorum librorum nitorem et ornamenta orationis vere laudanda inesse, psychologiam hodiernis inventis congruentem praeclare doceri, lascivas autem corporis voluptates eo reprobari quod exprimantur, ut sunt, foedissimae, aut quod interdum cum conscientiae angoribus coniunctae ostendantur, vel quod patefiat quam saepe extrema turpissimi gaudii luctus cuiusdam poenitentiae occupet. Nam neque scribendi elegantia, nec medicinae aut philosophiae scientia — si modo his litterarum generibus ea continentur — nec mens, quaevis ea sit, auctorum impedire unquam possunt quominus lectores, quorum generatim propter naturae corruptionem, magna est fragilitas magnaque ad luxuriam propensio, paginarum immundarum illecebris sensim irretiti, et mentibus pervertantur et cordibus depraventur, ac, remissis habenis cupiditatum, ad scelera omnis generis delabantur, vitamque ipsam, sordibus oppletam, fastidientes, haud raro se ipsi interimant.

Ceterum quod mundus, qui sua quaerit usque ad contemptum Dei, his libris delectetur, eosdemque divulget, mirandum non est; sed maxime dolendum, a scriptoribus qui christiano nomine se iactant, operam studiumque in tam exitiosas litteras conferri. Numquid fieri potest ut principiis ethicae evangelicae adversando, adhaereatur Iesu benedicto, qui omnibus, ut carnem cum vitiis et concupiscentiis suis crucifigant, praecepit? „Si quis vult—inquit—post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me“ (Matt., 16, 24).

Atque eo quidem audaciae et impudentiae scriptores processisse non paucos videmus, ut ea ipsa vitia suis libris in vulgus spargant, quae Apostolus vel nominari a christifidelibus vetuit: „Fornicatio autem, et omnis immunditia.., nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos“ (Eph., 5, 3). Discant isti tandem aliquando se duobus dominis servire non posse, Deo et libidini, religioni et impudicitiae. „Qui non est mecum — ait Dominus Iesus—contra me est“ (Matt., 12, 30), ac certe cum Iesu Christo non sunt scriptores sordidis descriptionibus bonos depravantes mores, qui societatis civilis ac domesticae sunt verissima fundamenta.

Itaque perspecta litterarum lascivarum colluvie, quae quoquo anno latius omnes fere nationes inundat, Sacra haec Suprema Sancti Officii fidei et moribus tuendis praeposita Congregatio, Apostolica auctoritate ac nomine SSmi Domini Nostri Pii Divina Prov. Papae XI, omnibus locorum Ordinariis mandat, ut omni qua possunt ope tanto tamque praesenti malo mederi conentur.

Profecto ipsorum est, qui a Spiritu Sancto positi sunt regere Ecclesiam Dei, in omnia, quae in suis dioecesibus typis imprimantur et edantur, solerter diligenterque invigilare. Neminem autem illud effugit, libros, qui toto orbe hodie vulgantur, longe crebriores esse quam qui a Sede Apostolica examini possint subiici. Propterea Pius X s. r. Motu-proprio *Sacrorum Antistitum* haec edixit: „Quicumque in vestra uniuscuiusque dioecesi prostant libri ad legendum perniciosi, ii ut exsulent fortiter contendite, solemniter etiam interdictione usi. Etsi enim Apostolica Sedes ad huiusmodi scripta e medio tollenda omnem operam impendat, adeo tamen iam numero crevera, ut vix notandis omnibus pares sint vires. Ex quo fit, ut senior quandoque paretur medicina, quum per longiores moras malum invaluit“.

Nec vero talium voluminum et opusculorum pleraque, quamquam perniciosissima, speciali Supremae huius Congregationis censura plecti valent. Quare Ordinarii ex canone 1397 § 4 C. I. C. per se aut per Consilia a viligantia, quae quidem Summus idem Pontifex, litteris encyclicis „*Pascendi dominicy gregis*“ instituit, sedulo naviterque gravissimum istud

munus explere studeant; neque opportune denunciare in dioecesanis Commentariis praetermittant eosdem libros uti damnatos et quam maxime noxios.

Praeterea quis ignorat Ecclesiam generali lege iam statuuisse, ut libri pravitae infecti, qui morum integritatem data opera vel ex professo laederent, vetiti haberentur omnes, perinde ac si in Indicem librorum prohibitorum relati essent? Consequitur inde ut peccatum letale ab iis admittatur qui sine permissione debita librum non dubie salacem legant, etiamsi ab auctoritate ecclesiastica non sit nominatim damnatus. Et quia de hac re, maximi quidem momenti, falsae et exitiosae opiniones obtinent inter christifideles, ideo locorum Ordinarii pastoralibus admonitionibus curent, ut imprimis parochi eorumque adiutores animum in id intendant, et fideles opportune edoceant.

Insuper omnibus declarare qui libri nominatim, pro singularum dioecesium necessitatibus, ipso iure prohibiti sint Ordinarii ne omittant. Quod si fideles a volumine quopiam arcere efficacius celeriusque se posse existiment si peculiari decreto illud improbent, hoc suo iure omnino utantur oportet sicut, gravioribus causis postulantibus, id ipsum consuevit S. Sedes, ad praescriptum canonis 1395 § 1 C. I. C.: „Ius et officium libros ex iusta causa prohibendi competit non solum supremae auctoritati ecclesiae pro universa Ecclesia, sed pro suis subditis Conciliis quoque particularibus et locorum Ordinariis“.

Denique haec Suprema Sacra Congregatio omnes Archiepiscopos, Episcopos et reliquos locorum Ordinarios iubet, occasione relationis dioecesanae, quidquid contra libros lascivos statuerint et exsecuti sint, Sancto Officio manifestare.

Ex aedibus Sancti Officii, die 3 Maii 1927.

L. † S.

R. Card. Merry del Val, a Secretis.

Liczba książek i czasopism o treści niemoralnej rośnie w sposób zagrażający. Sączą one swój jad rozkładowy już nie tylko w koła inteligentniejsze, jak to bywało dawniej, ale już także w umysły i serca młodzieży i ludu prostego. Nawoływania Kościoła do tamowania tej fali niszczącej zdrowie moralne społeczeństwa nie osiąga pożądanego skutku z powodu lekkomyślnej bierności społeczeństwa i niedostatecznej czujności lub słabego współdziałania z Kościołem tych czynników, które mają i władzę po temu i możność wywierania wpływu zapobiegawczego. Przeciwnie czynniki te polecają nieraz książki o miłej formie wprowadzić, lecz o treści zgubnej dla serc czytelników i głoszą chwałę autorów ich, oświeceni gładkością słów a zamykając oczy na ich jadem zatrutą treść.

Słusznie przeto nawołuje św. Kongregacja s. Officii do walki z tą zarazą podkreślając, iż zabronione jest pod grzechem czytanie nie tylko książek imiennie przez Stolicę św. potępionych, ale i w ogóle książek treści niemoralnej, gdyż sama ich treść potępia je jako rzecz szkodliwą.

W myśl wyżej podanej instrukcji św. Kongregacji zechcą Wielebni Ks. Ks. Proboszczowie i Ks. Ks. Prefekci poświęcić sprawie tej baczną uwagę, przeprowadzić dochodzenie, jakie książki i pisma treści niemoralnej znajdują czytelników w ich parafjach lub pomiędzy młodzieżą, i w danym wypadku przestrzec ich przed tą zarazą duchową. Jeżeli zaś w którejkolwiek parafji lub szkole ujawniły się w tym względzie poważniejsze niebezpieczeństwa, należy bezzwłocznie powiadomić o tem Władzę diecezjalną. WW. ks. ks. Prefekci winni przejrzeć także biblioteki szkolne, czy i do nich nie zabłąkały się przypadkowo książki takie.

Korzystam z tej sposobności, aby zwrócić uwagę diecezjanom na drugi jeszcze, podobny pierwszemu objaw obniżenia się moralności. Jest nim lekceważenie przez kobiety skromności w ubieraniu się. Z kilku stron dochodzą mnie wiadomości o używaniu przez wiele kobiet i panien ubrania nieskromnego przez to, że suknia bądź jest zbyt krótka, zbyt wycięta lub obcisła, bądź zrobiona z materji przezroczystej. Nie wahają się niektóre osoby przychodzić w tak niedostatecznym i gorszącym ubraniu nawet do kościoła i do sakramentów św. Czyżby poczucie skromności i wstydlivosti u kobiety polskiej już tak daleko było stępione? Nie chcę w to wierzyć, raczej przypuszczam w niej zapomnienie się chwilowe i brak zastanowienia się nad odpowiedzialnością, jaką ma wobec Boga i własnej duszy. Jest to jednak objawem smutnym, że mody wymyślone przez czynniki nie liczące się z przepisami moralności chrześcijańskiej, znajdują tak łatwy dostęp do kobiet naszych katolickich, i że kobiety nasze wolą raczej podeptać boskie prawo moralności aniżeli oprzeć się przepisowi lekkomyślnej mody.

WW. Ks. Ks. Proboszczów proszę, aby się także tą sprawą zajęli i przestrzegli panny i niewiasty swoich parafij przed tym grzesznym wyrykiem. Należy wyjaśnić, iż suknia zbyt wycięta lub krótka, nawet u dziecka, że suknia obcisła, suknia bez rękawów lub suknia z materji przezroczystej jest moralnie niedopuszczalna dla kobiety religijnej. Wszelkie schyłanie się kobiety tak ubranej, klękanie w kościele lub na procesjach, tańczenie itp. jest okazją dla innych do złych myśli i uczuć a więc jest gorszeniem bliźniego.

Jeżeliby przestrzegania WW. Ks. Ks. Proboszczów nie pomagały, zarządzam, aby kobiet niedostatecznie ubranych nie wpuszczać do świątyni,

nie dopuszczać do ślubu lub do orszaku ślubnego a także odsuwać od sakramentów św. Świętość Domu Bożego i wysoka godność sakramentów św. nie powinny być kalane przez grzeszną bezmyślność lub grzeszny upór takich kobiet. Zaznaczam też, że w kościele lub na innych miejscach dla nabożeństwa przeznaczonych nie należy karmić niemowląt.

Wreszcie zwracam się do diecezjan z prośbą, ażeby używając w le-
tniej porze kąpieli przestrzegali i tam skromności. Kąpiel jest rzeczą do-
brą, staje się atoli rzeczą złą, jeżeli się łączy ze zgorszeniem dla kogokol-
wiek. Więc używanie kąpieli bez okrycia, lub w okryciu, ale na miej-
scach, przez które inni ludzie przechodzą, albo używanie kąpieli wspólnie
przez osoby obojga płci jest grzeszne i wykroczeniem ciężkiem przeciwko
przykazaniu Bożemu. To samo dotyczy uprawiania sportów w niedosta-
tecznem ubraniu sportowem. Przeciwno tym, którzy upornie zgorszenie
dają, należy zawezwać pomocy władz państwowych. Proszę zatem tak
starszych jak młodzież o niedawanie zgorszenia pod tym względem, a star-
szych proszę jeszcze o czuwanie i powstrzymywanie młodzieży od gor-
szenia innych. W trudnych tych warunkach, w jakich znajduje się Ojczy-
zna, potrzeba nam bardzo łask i błogosławieństwa Bożego. Bóg atoli bę-
dzie błogosławił narodowi naszemu tylko wtenczas, gdy naród będzie re-
ligijny i moralny.

WW. Ks. Ks. Proboszczowie zechcą podać powyższe orędzie w naj-
bliższą niedzielę po kazaniu do wiadomości parafjan.

Łomża, w uroczystość Bożego Ciała 1927.

† Stanisław

Biskup Łomżyński.

N. 96

SACRA CONGREGATIO
DE SEMINARIIS
ET DE STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

PROT. NUM. 443
26

Ilme et Revme Domine.

Ad regnum Iesu Christi, Servatoris nostri, in terris instaurandum,
nulla res plus confert, ex ipso divino instituto, quam eximia Sacerdotalis
Ordinis sanctitas et doctrina. „Causae profecto graves, et omnium aetatum
communes, decora virtutum multa et magna in Sacerdotibus postulant:

veruntamen nostra haec aetas plura, quoque et maiora admodum flagitat" (Leo XIII, Enc. *Etsi nos*, 15 febr. 1882).

↪ Cum autem idonei Altaris ministri et studiosi animarum curatores nequeant evadere nisi qui, in sacris Seminariorum septis adolescentes, ad omnem virtutis et scientiae decorem rite instituantur, Sancta Sedes Apostolica sapientissimas edidit leges de huiusmodi Institutis, quorum cum statu ipsa Ecclesiae fortuna coniungitur maxime.

Nos quidem omnia, quae de hac re statuta sunt, ab omnibus, quorum interest, religiose servari confidimus; sed unum est maximi momenti et ponderis, quod ~~universos Sacrorum Antistites diligenter attendere percipimus~~, idque spectat *ad rationem seu methodum christianae doctrinae tradendae*.

Canone 1365, § 3, Iuris Canonici praescribitur ut in Cursu theologico, qui saltem integro quadriennio debet contineri, „habeantur etiam lectiones de Theologia pastoralis, additis practicis exercitationibus praesertim de ratione tradendi pueris aliisque Catechismum“.

Quam congruenter quamque necessario haec praecipiantur, facile intelliget quisquis animadvertit officium docendi christianam plebem, quo tenentur sacerdotes omnes, praesertim ~~curiones~~, omnium officiorum primum esse et maximum: ex eius enim observatione aut neglectu salus vel ruina animarum magna ex parte pendet. Apertum notumque est gravissimum Benedicti XIV, sapientissimi Pontificis, effatum: *Illud affirmamus magnam eorum partem, qui aeternis suppliciis damnantur, eam calamitatem perpetuo subire ob ignorantiam mysteriorum fidei, quae scire et credere necessario debent, ut inter electos cooptentur*“ (Inst. XXVI, 18).

Hinc, ex Iuris Canonici praescripto, debet parochus, ut gravissimum impleat officium suum de catechetica populi christiani institutione, pueros ad sacramenta Poenitentiae, Confirmationis et Eucharistiae rite suscipienda praeparare, eosque, postquam primum Sancta de altari libaverint, uberius ac perfectius excolere, item fidelibus adultis catechismum, sermone ad eorum captum accommodato, explicare. (Can. 1329-32). §

Huiusmodi autem officio ceteros Presbyteros, atque etiam clericos, teneri, constat ex sequenti: „Presbyteri alique clerici, nullo legitimo impedimento detenti, proprio parochus in hoc sanctissimo opere adiutores sunt etiam sub poenis ab Ordinario infligendis“. (Can. 1333, § 2).

At, cum rudium praesertim et imperitorum institutio de rebus altissimis sermone ad eorum captum accommodato, res sit perdifficilis aequae ac pernecessaria, ideo ad tantum opus diuturna ac prorsus diligens adhibenda est praeparatio. Haec fieri debet in Sacris Seminariis: ad hoc enim sunt ipsa constituta. Ut autem munus docendi christianum populum rite et fructuose

quis obeat, non sufficit praeparatio doctrinalis, quae in veritatum tradendarum cognitione versatur quaeque fit per studium Sacrae Theologiae, praesertim dogmaticae, sed requiritur etiam illa quae dicitur *didascalica*, ad modum pertinens quo veritates tradi debent, eaque fit tum per congrua praecepta tum per practicas exercitationes..

Ad rem Summus Pontifex Pius X in memorabili Enciclica *Acerbo nimis* (15. apr. 1905): „Facilius longe est reperire oratorem, qui copiose dicat ac splendide, quam catechistam, qui praeceptionem habeat ex omni parte laudabilem. Quamcumque igitur facilitatem cogitandi et loquendi quis a natura sit nactus, hoc probe teneat, numquam se de christiana doctrina ad pueros vel ad populum cum animi fructu esse dicturum, nisi multa commentatione paratum atque expeditum. Falluntur sane qui plebis imperitia ac tarditate fisi, hac in re negligentius agere se posse autumant. E contrario, quo quis rudiores nactus sit auditores, eo maiore studio ac diligentia utatur oportet, ut sublimissimas veritates, adeo a vulgari intelligentia remotas, ad obtusiorum imperitorum aciem accommodet, quibus aequae ac sapientibus, ad aeternam beatitudinem adipiscendam sunt necessariae”.

Quae cum ita sint, Amplitudinem Tuam enixe rogamus ut hoc Iuris Canonici praeceptum vehementer urgeas, operamque des ut in Seminario tuo impense excolatur disciplina catechetica; quam ob rem magister Theologiae pastoralis, praelectiones de ratione doctrinae christianae tradendae frequentes habeat, et clerici ipsi ad tantum opus sese practice exerceant, sive in Seminario, sive in Ecclesiis, prout prudentia suaserit.

Haec sunt, Amplissime Praesul, quae ad Te, sicut et ad ceteros Sacrorum Antistites, habuimus hac de re scribere. Placet litteras nostras absolvere verbis, quibus summus Pontifex Leo XIII Episcopos Peruviae simili in causa hortabatur: „Haec si praestabitis, et Clerus illoretur honore suo, et Ecclesiae laus manebit, quae semper optimorum studiorum faulrix et alrix est habita vereque habenda est. Vobis praeterea idonei homines praesto erunt, qui, vocati in partem ministerii vestri, magno vobis erudien-
dis populis pietatiae fovendae usui futuri sint et adiumento”. (Breve Inter graves, 1 maii 1894).

Interim Deum, benignum bonorum omnium Largitorem, humiliter adprecatur ut Te cunctosque fideles, pastoralis sollicitudini tuae concreditos, uberrimis caelestis gratiae auxiliis muneri dignetur.

Romae, ex Secretaria S. Congregationis Seminariis et Studiorum Universitatibus praepositae, die 8 septembris an. 1926.

Amplitudini Tuae
addictissimus in Domino

Caietanus Card. Bisleti, *Praefectus*.

† Iacobus Sinibaldi, Episc. Tiberien., *Secretarius*.

Dekret wzmiankowany św. Kongregacji seminarjów i studjów uniwersyteckich podkreśla potrzebę zapoznania się z metodyką nauki religji w celu umiejętnego katechizowania. Poleca przeto, aby młodzież duchowna w seminarjach diecezjalnych zaznałomiła się z metodami, prowadzącymi do owocnego nauczania religji, nie tylko teoretycznie lecz także praktycznie.

Św. Kongregacja zwraca słusznie uwagę na ten tak ważny a niedostatecznie jeszcze doceniany dział duszpasterskiej działalności, jakim jest nauczanie dzieci i starszych podstawowych prawd wiary św. sposobem katechizacyjnym. Znajomość bowiem tych prawd nie jest naogół wystarczająca i dostatecznie głęboka tak u ludu jak u wielu osób z średnim lub nawet wyższem wykształceniem ogólnem. Teozofja, spirytyzm, różnego rodzaju zabobony, pewne lokalne sukcesy badaczy pisma św., babtystów i innych sekciarzy są dowodem, że wielu katolików nie zna lub już znowu zapomniało prawdy katechizmowe. Katolicy ci błakają się w wątpliwościach religijnych a nierzadko wyrządzają w ignorancji swojej szkodę Kościołowi.

Polecam zatem W. W. Duchowieństwu zwrócenie w pracy duszpasterskiej większej uwagi na potrzebę dobrego, starannego i umiejętnego nauczania religji bądź ucząc w szkole lub przygotowując dzieci do pierwszych sakramentów św. bądź też na ambonie miewając kazania katechetyczne. Dekret wzmiankowany św. Kongregacji przytacza słowa Pap. Piusa X z encykliki Acerbo nimis: Facilius longe est reperire oratorem qui copiose dicat ac splendide, quam catechistam, qui praeceptionem habeat ex omni parte laudabilem.

Starajmy się o to, aby każdy duszpasterz był wzorowym i szczęśliwym w skutkach swego nauczania katechetą. Będzie wtenczas po parafjach mniej niewierzących lub osób o słabej wierze i mniej materiału podatnego dla agitacji antykatolickiej.

† Stanisław Bp.

Nr 97.

Do WW. Ks. Ks. Proboszczów.

Jest zamiar wydania spisu Kościołów diecezji Łomżyńskiej zawierającego krótką historję ich powstania i rozwoju, dziejów miejscowości, w której się kościół znajduje, obszar parafji i t. p. Zbieranie materiałów poleciłem ks. redaktorowi Roszkowskiemu, który prześle odpowiednie

kwestjonariusze. WW. Ks. Ks. Proboszczów proszę o pomoc w tej pracy przez gruntowne, sumienne i wyczerpujące wypełnienie formularzy. Należy atoli podawać tylko fakta prawdziwe.

Łomża 18/6. 1927.

† Stanisław Bp.

№ 98.

Kongregacja ks. ks. Dziekanów

W wtorek dnia 20 września b. r. odbędzie się w Łomży Kongregacja ks. ks. Dziekanów z następującym programem:

1. O godz. 9-tej nabożeństwo w Katedrze.
2. O godz. 10 posiedzenie w sali seminarjum duchownem.
 - a) Zagajenie.
 - b) Wykłady: Jak podnieść poziom religijny w parafjach.
 - c) Obrona parafjan przed akcją antykatolicką.
 - d) O popieraniu dzieł misyjnych.
3. Przerwa do godz. 3-ciej.
4. Nauka religji w szkołach, wykład z lekcją pokazową.
6. Sprawy bieżące.
7. Te Deum.

W Kongregacji tej winni wziąć udział prócz Ks. Ks. Dziekanów także członkowie Kapituł katedralnej i Kolegiackiej, Profesorowie duchowni Seminarjów mniejszych i wyższego oraz po jednym Proboszczu z każdego dekanatu wybranym przez duchowieństwo dekanalne. Od wzięcia udziału zwolnić może tylko bardzo ważna przeszkoda, o której przed Kongregacją należy powiadomić Kurję biskupią. Kurji podać trzeba też nazwiska Proboszczów — delegatów.

Zgłoszenia o umieszczeniu w Seminarjum duch. należy skierować do Ks. Prał. Złotkowskiego, Prokuratora Seminarj. duch.

Łomża 22/6. 1927.

† Stanisław Bp.

№ 99.

Rozporządzenie Ministra Spraw Wewnętrznych

z dnia 8 kwietnia 1927 r.

o przekazaniu na obszarze b. zaboru rosyjskiego władzom administracyjnym II instancji uprawnienia do nadawania nazwisk dzieciom nieznanym rodziców.

Na zasadzie art. 3 ustawy z dnia 1 lipca 1926 r. o aktach (metrykach) urodzenia dzieci nieznanym rodziców na obszarze byłego zaboru rosyjskiego (Dz. U. R. P. № 72, poz. 413) zarządzam co następuje:

§ 1. Uprawnienie do nadawania nazwisk dzieciom nieznanym rodziców przekazuje się na obszarze byłego zaboru rosyjskiego władzom administracyjnym II instancji.

§ 2. Rozporządzenie niniejsze wchodzi w życie z dniem ogłoszenia.

Minister Spraw Wewnętrznych:

Słowej Składkowski.

№ 100.

Statystyka ruchu naturalnego ludności.

W nrze 5 Wiadomości Kośc. z d. 15.3 b. r. podano pod **№ 70** rozporządzenie Prezydenta Rzeczypospolitej z d. 1 lutego b. r. o **statystyce** ruchu naturalnego ludności. Wedle rozporządzenia tego są Ks. Ks. Proboszczowie zobowiązani do przesyłania właściwym władzom administracyjnym I instancji (zatem starostwom) co kwartał sprawozdań z **urodzeń**, **ślubów** i **zgonów** zapisanych w aktach stanu cywilnego. Bliższe **szczególności** podaje wmiankowane rozporządzenie. WW. Ks.Ks. Proboszczowie **zechcą** się do rozporządzenia **zastosoować**.

№ 101.

Oплата stemplowa od świadectw stanu cywilnego.

Ministerstwo Skarbu wyjaśnia, iż wyciągi i inne świadectwa z akt stanu cywilnego **wydawane władzom państwowym i samorządowym** są wolne od opłaty na mocy art. 160, punkt 3, ustawy o **opłatach** stemplowych. Wolne od opłaty stemplowej są zatem także **świadectwa** wydawane dla sądów karnych.

№ 102.

Zmiany granic w parafjach.

1. Od wsi Dębniak par. Becejły odłączono 10 gospodarstw i przyłączono do Puńska.
2. Od wsi Roweł paraf. Rutka-Tartak odłączono 18 gospodarstw i przyłączono do Wizajn.

№ 103.

Zmiany w duchowieństwie.

1. Ks. Bł. Pszczółkowski z Ostrołęki przeniesiony na wikariat do Augustowa.
2. Ks. Al. Bieńkowski z Czyżewa — na wikariat II-gi do Ostrołęki.
3. Ks. R. Ant. Jałbrzykowski z Augustowa — na wikariat do Czyżewa.
4. Ks. Prał. Wądołowski zwolniony ze stanowiska prefekta w gimnazjum i mianowany viceoficjałem Kurji od 1-go września r. b.
5. Ks. J. Perkowski zwolniony ze stanowiska prefekta w gimnazjum i mianowany ojcem duchownym i profesorem w Semin. Duchownem od 1-go września r. b.